



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De paruulis defunctis ante diem octauum, quo fiebat circuncisio. L

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



cumcunque per fidem & charitatem ante habitam, aliquis iustus ad baptismum accedit, vberioribus recipit gratiam, sed non ita in circumcissione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil ei intus contulit.

Rom. 6.

*De paruulis defunctis ante diem octauum.* I

Si verò quæritur de paruulis, qui ante diem octauum moriebantur, antequam fiebat circumcissio ex lege, vtrum saluarentur vel non? Idem potest responderi quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis: quos perire constat. Vnde Beda, qui nunc per Evangelium suum terribiliter & salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spir. S. non intrabit in regnum Dei: ipse dudum clamabat per suam legem. Masculis cuius præputii caro circumcisa non fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Fortè tamen sub lege ingruente necessitate mortis ante octauum diem circumcidèbat sine peccato filios, sicut modo fit in Ecclesia de baptismo.

Hic non tenetur.

Bed. hom. ii. de sanctis hiemalib. in die circumcissionis Domini ad pr.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

DISTINCT. II.

A

Iam ad sacramenta nouæ legis accedamus: quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, id est, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem conferunt vt baptismus: alia remedium tantum sunt, vt coniugium, alia gratia & virtute nos fulciunt, vt Eucharistia & Ordo.

De sacramentis in speciali.

Hic non tenetur.

*Quare mox post hominis casum non fuerint instituta.* B

Si vero quæritur. Quare non fuerint hæc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia & salus? Dicimus non ante aduentum Christi qui gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse danda: quæ ex ipsius morte & passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire non

luit,